

tandem affirmat ex ore Dei, quod licet iis qui longè et iis qui propè pax annuntiaretur; improbi tamen, quasi nec propè neque longè essent, expertes illius pacis forent. Quod non sine doloris sensu, neque sine indignatione protulisse prophetam existimo. Dolebat quippe propheta in tanto pacis proventu, gentem illam pace caritaram. MARE FERVENS, nigerasch, propulsum, et tempestate agitatum. Quid sentiat Spiritus sanctus de mentibus improborum, cogita hoc in loco, christiane lector. Vidisti unquam concitatum magnà vi ventorum mare? tales sunt, inquit, improborum mentes; quiescere non valent, affectibus suis et afflatu malorum spirituum.

## CAPUT LVIII.

1. Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum.

2. Me etenim de die in diem querunt, et scire vias meas volunt; quasi gens que iustitiam fecerit, et iudicium Dei sui non dereliquerit; rogam me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo volunt.

3. Quare iunximus, et non aspexisti; humiliavimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis.

4. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percussis pugno impiè. Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester.

5. Numquid tale est jejunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Numquid contorque quasi circulum caput suum? et saccum et cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, et diem acceptabilem Domino?

6. Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; dimitte eos qui confracti sunt, liberos, et omne onus dirumpe.

7. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris.

8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria Domini colliget te.

9. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet: Ecce adsum; si abstuleris de medio tui catenam, et desieris extendere digitum, et loqui quod non prodest;

10. Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut merides.

11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit; et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficient aque.

12. Et edificabuntur in te deserta seculorum; fundamenta generationis et generationis suscitabis; et vocaberis edificator septimum, avertens semitas in quietem.

13. Si avertieris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris sab-

ritum agitate; quin etiam (ut Hebræa sonant) nunquam non steruus et lutum ejectionem. Est autem *rephesch* cum *schin* idem quod *steruus*; at si cum *samec* legatur, *aut sin* pro *samec* positum dicamus, ut *sapè* solet, est *perturbatio*, id est, *spuma*. Idcirco *concalcationem* vertit Vulgatus. Sic autem vocat re concalcatione dignas. Neque enim aliunde *egreditur impietas*, ut est in proverbio in libris Regum, quam *ab impiis*. Inutilia sunt etiam eorum opera, et *spumas* *aut luto* simillima, quæ non solum non prosunt, sed alios inquinant. Tales semper fuerunt Judæi, etiam post reditum à Babylone; quare sequitur.

## CAPITRE LVIII.

1. Criez sans cesse; faites retentir votre voix comme une trompette; annoncez à mon peuple les crimes qu'il a faits, et à la maison de Jacob les péchés qu'elle a commis;

2. Car ils me cherchent chaque jour, et ils demandent à connaître mes voies, comme si c'était un peuple qui eût agi selon la justice, et qui n'eût point abandonné la loi de son Dieu; ils me consultent sur les règles de la justice; ils veulent s'approcher de Dieu.

3. Pourquoi avons-nous jeûné, sans que vous nous ayez regardés? Pourquoi avons-nous humilié nos âmes, sans que vous vous en soyez mis en peine? C'est que votre propre volonté se trouve au jour de votre jeûne, et que vous demandez tout ce qu'on vous doit.

4. Vous jeûnez pour faire des procès et des querelles, et vous frappez avec un poing impitoyable. Ne jeûnez plus à l'avenir comme vous avez fait jusqu'à cette heure, en faisant retentir l'air de vos cris.

5. Le jeûne que je demande consiste-il à faire qu'un homme allige son âme pendant un jour, qu'il donne comme un mouvement circulaire à sa tête, et qu'il prenne le sac et la cendre? Est-ce là ce que vous appelez un jeûne et un jour agréable au Seigneur?

6. Le jeûne que j'approuve, n'est-ce pas plutôt celui-ci? Rompez les chaînes de l'impie; déchargez de tous les fardeaux qui vous accablent; renvoyez libres ceux qui sont opprimés par la servitude, et brisez tout ce qui charge votre conscience.

7. Rompez votre pain à celui qui a faim, et faites entrer dans votre maison les pauvres, et ceux qui n'auront point d'asile. Lorsque vous verrez un homme nu, revêtez-le, et ne méprisez point votre propre chair.

8. Alors votre lumière éclatera comme l'aurore, et vous recouvrirez bientôt votre santé, votre justice marchera devant vous, et la gloire du Seigneur vous protégera.

9. Alors vous invoquerez le Seigneur, et il vous exaucera; vous crierez vers lui, et il dira: Me voici; si vous ôtez du milieu de vous la chaîne, si vous cessez d'étendre la main contre les autres, et de dire des paroles nuisibles au prochain.

10. Si vous assistez les pauvres avec effusion de cœur, et si vous remplissez de consolation l'âme affligée, votre lumière se lèvera dans les ténèbres, et vos ténèbres deviendront comme le midi.

11. Le Seigneur vous tiendra toujours dans le repos; il remplira votre âme de ses splendeurs, et il délivrera votre personne; vous deviendrez comme un jardin toujours arrosé, et comme une fontaine dont les eaux ne tarissent jamais.

12. Les lieux qui avaient été déserts depuis plusieurs siècles, seront en vous remplis d'édifices; vous relèverez les fondements abandonnés pendant une longue suite d'années; et on dira de vous, que vous réparez les haies, et que vous faites une demeure paisible des chemins aux passants.

13. Si vous vous empêchez de voyager le jour du sabbat, et de faire votre volonté au jour qui m'est consacré, si vous le regardez comme un repos délicieux, comme le jour saint et glorieux du Seigneur,

batum delicatum, et sanctum Domini gloriosum, et glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem;

14. Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terræ, et cibabo te hæreditate Jacob patris tui; os enim Domini locutum est.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CLAMA, etc. Quod Judæi sint illi improbi, quibus nulla esset pax, propheta jam ostendit, et falsam iustitiam, cui dediti erant, coarguit; possunt autem hæc aptissime ad æ tempora referri quæ Christi Domini adventum præcesserunt; quibus cum præter idololatriam omni genere scelerum contaminati essent ante Deum, exteriori et carnali iustitiâ tantum contenti, putabant male secum Deum agere, quod non Messiam mitteret, ut eos à tantis calamitatibus, quibus post reditum à Babylone premebantur, liberaret. Quare magnas voces edere prophetam jubet Dominus, et ut magnis clamoribus ad se vocatos Judæos coarguat scelerum suorum. Neque malè pro *guttur* vocare, seu *vocem edere*, Vulgatus, *clamare* dixit. Possemus etiam verbo *prædicandi* reddere. Nomen autem *gutturis* per pleonasmum additur. ANNUNTIA, etc. Facilius per alios admoniti in peccatorum nostrorum cognitionem devenimus quam si nullus commonefaciat; nobis enim parcimus, ut dicebat ille, et *deformitatem nostram venustatem sapè putamus*. Alienis itaque oculis opus habemus et vocibus, imò et clamoribus, tanquam dormientes. Præcipitur autem ut *clamet*, neque à *clamore desinat* propheta, aut vocem contrahat, continet seu colibeat, aut ne voci parcat; nonnullis enim frequentes clamores necessarij sunt, et perpetua peccatorum commemoratio; illis nempe qui se peccatis carere existimant, ut ex hoc loco apparet, et ex versu sequenti comprobatur.

VERS. 2. — ME ETENIM, etc. Hebr., et me; sed interdum conjunctio est rationalis Hebræis; videtur tamen hoc loco peculiarem quandam vim habere, quam non facile exprimas. Exigit enim ut nonnihil suppleatur, q. d., *habent scelera, transgressionem et errata, et me requirunt, quasi gens, etc.* DE DIE IN DIEM. Hebr., *dies dies, vel die die*, id est, singulis diebus, Gen. 59, Exod. 46, Ps. 60. SCIRE VIAS MEAS VOLUNT, id est, consilia et meorum consiliorum rationes, et de adventu Messie, cur differtur; quare permittat populum suum indigna pati, et hujusmodi, ut sequenti versu aperit. QUASI GENS QUE IUSTITIAM FECERIT. Iustorum peculiare esse videtur, divinorum consiliorum rationem tenere, et in omnibus suis actionibus divinam voluntatem collimare, ne ab eâ quavis ratione delectant. Horum propria videtur esse sollicitudo illa de Dei mente percipiendâ, de divina legis, in quâ beneplacitum ipse suum manifestat, intelligentiâ; hi presentia præteritis conferunt, et futura animo metuntur, et Dei providentiam præ oculis semper habent, cui humana omnia sciunt esse subjecta. Hos imitantur hypocritæ illi, præsertim qui exteriori tantum specie sanctitatis polleant; nisi quod ficti isti nunquam

dans lequel vous lui rendiez l'honneur qui lui est dû, en ne suivant point vos inclinations, en ne faisant point votre volonté, et en ne disant point de paroles vaines;

14. Alors vous trouverez votre joie dans le Seigneur. Je vous élèverai au-dessus de ce qu'il y a de plus élevé sur la terre; et je vous donnerai pour vous nourrir l'héritage de Jacob votre père; car la bouche du Seigneur a parlé.

secum bene agi arbitrantur; cum enim terrenis bonis animo fixi sint, iniquè ferunt ea sibi, tanquam iustis, non affatum vel à Deo vel à republicæ rectoribus distribui; at verè iusti et pii de omissione æternorum tantum solliciti sic sua componunt, ut cum se indignos aere quem respirant arbitrantur, æternitatem et veram felicitatem semper meditantur, et super hæc rationes subducunt. ET JUDICUM DEI SUI NON DERELIQUERIT. *Derelinquere Dei iudicium* is dicitur, qui à recto declinat, et hono quod ille probat, consultat ac præcipit. Itaque qui *iudicis Dei* per verbum suum promulgatis acquiescit atque obtemperat, qui ea observat, et ab eis latum unquam non discedit, is de aliis iudiciis, quæ ignorat, inquit (modò *majestatis* ne sit *præscrutator*); qui verò manifesta contemnit, quid de occultis inquirat? numquid ut tantò asperioribus flagris dignus fiat, quantò plura didicerit? Hoc certè genus hominum magis videri habui, quorum vitam si explores, eam labe vitiorum aspersam reperias; si verò ex percontationibus de divinis mysteriis, de animæ cum Deo per inefficientem amorem unionem, de perfectione et vitæ contemplativæ sublimitate, et id genus questionibus, de quibus inter sese disserunt, velis iudicium facere, aut de quibus se instrui velle petunt, tantum non angelos iudicabis. Similes profectò sunt illis Pharisaïs, qui de magno mandato interrogabant, qui neque minima adimplerant. Interea tamen cogita, lector, quorum sit vias Domini velle addiscere, nempe qui à iudicis Dei sui non recesserit, aut aliquod ex eis prætermiserit; ex illis, inquam, quæ Ps. 119 celebrantur, et *iudicia, et iustitia, et justificationes Dei* dicuntur à Davide; quæ qui fecerit, homo iustus est. IUDICIA IUSTITIÆ. Quasi vellent Deum redarguere alienjus injustitiæ; interrogare enim *iudicia iustitiæ* est, nisi fallor, Deum quasi adigere ut rationem reddat aliquorum operum seu iudiciorum suorum, et se justificet; ut si quis quæret: *Domine, quid est quod deseruisti Israelitas, et ad gentes te contulisti?* Sed non alia exempla requiramus quam quæ mox sequuntur; huic namque sententiæ favet quod sequitur. APPROPINQUARE DEO VOLUNT. Quasi cum eo congressuri. Est enim Hebræis inter-dum *carab*, id est, *appropinquavit*, verbum castrense, et animum hostium notat, sicut verbum *videre*, Ps. 27, et aliàs; ita etiam accipit quod superiori capite dicitur: *Appropinquate huic, filii veneficæ*, etc., ac si iudicio cum eis contendere vellet; ut videas impiorum contumaciam atque arrogantiam, ut Deo quasi bellum movere audeant. Videte hypocritarum ingenium, ut sint superbi et numinis contemptores. Quid dicendum est, nisi quod Deum cælo, deturba-



rent, si possent, et a rerum gubernatione amoverent?

VERS. 5. — QUARE JEJUNAVIMUS, etc. Jactabatur variis tempestatibus Judaeorum republica, post reditum à Babylone, prout videre poteris apud Josephum; interim tamen Judæi veri Dei cultu non abstinebant; statis diebus jejunia celebrabant, et suis quoque temporibus nova indicabant, affligebantque animas suas luctu, et cineris aspersione atque cilicio, et aliis id genus que a carnem macerant, quæ in usu erant sanctis Patribus, si quando Deum placare et ad misericordiam flectere decrevisset. Anima enim qua incedit curæ, et tristis est super magnitudine mali, et oculi deficientes, et anima esuriens, dat Deo laudem atque justitiam, ut est apud Baruch. Hæc, inquam, etsi exercebant, tamen calamitates magis magisque in dies inundabant, regnumque illud brevi ruiturum funditusque evertendum videbatur. Expostulabant ergo Judæi hypocrite cum Deo; et ut rationem suæ dissimulationis redderet, exigebant. Universam siquidem justitiam istis exterioribus exercitiis definebant. Itaque cum undiqueque justificationibus legis responderet se arbitrentur, et nihil externæ justitiæ prætermittere (quam coram Deo suam quoque sciebant habere laudem) ambigebant et animo fluctuabant, qui fieret quoddam Deus justorum precibus non responderet, et in tantis calamitatibus aliquid favoris signum non exhiberet. Non aspexit, inquit, non noxisti. Videndi enim et noscendi verbis universa quæ nobis divino munere contingunt complectuntur; nam unico intuitu et minimo negotio quidquid vult conficit omnipotens ille Dominus; sicut enim respiciens facit terram tremere; ita si in nos oculos conjiciat, ditabit, ornabit, liberabit et beatos reddet. Vide autem hominum istorum vecondiam. Nam cum silentium Dei, vel ex Dei ipsorum voluntate, vel ex ipsorum occulto vitio ortum posset ducere, haudquaquam eis in mentem veniebat hoc, quod verisimilius nemo, nisi imprudens quispiam, judicaret; illud autem, quod aliquid injustitiæ aut insolite inhumanitatis notam Deo videbatur innuere, potius animo versabant. Quæ in re etiam hominum quorundam miseriam delere libet, qui se putant jejuniis et corporalibus exercitiis, quibus nec vel media pars eorum quorum Deo sumus debitores constat, Deum adeo sibi debitorem reddere, ut si in mediis periculis exortus non subvenerit, eum veluti injustum, aut certe parum elementem, incusare non vereantur. At vera justitia cum faci omnia quæ à Domino præcepta sunt, dicit: « Servi inutiles sumus; » et: « Non intres in iudicium cum servo tuo; » quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; et: « Ab occultis meis munda me; » et: « Nihil michi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum. » Sciant enim posse Dominum plurima objicere, quæ nostrum aspectum subterfugiunt, sicut hoc loco: ECCI IN DIE JEJUNII VESTRI, etc. Tempore jejunii ab aliis rebus, quæ vobis adlubent et animis vestris in hærent, nequaquam abstinestis, imò inventistis, id est, conamini ut inventistis. DEBITORES. Sensus veritatis Vulgatus: et est enim labor est; at exigere labores est

adigere ut reddant quæ labore et industria parata sunt, id est, bona quæ mutuo fortè dedimus. Sic accipitur nomen laboris Prov. 3: Labores tui non sint in domo ignoti, etc., quare panis seu cibus hominis dicitur Ps. 127: Panis doloris seu laboris, id est, labore paratus. Bona itaque temporaria erant beneplacitum illorum, quod ab ipsis inveniebatur tempore jejunii; quo satis indicat eos non ita humiliari coram Deo in adversis sicut opus erat; qui enim tantâ curâ suarum rerum in medio jejuniis affliciebantur, et adeo suæ utilitati invigilabant, profectò nondum eò dolor processerat et penitentia, (quam tamen jejuniis et sacco profitebantur) ut visibilium contemptum induceret aut oblivionem, quam certè vera penitentia semper affert; sensum enim purgat et noxias affectiones, eo saltem tempore quo viget, sedat; et quàmvis salubris ille dolor obtinet, fastidium sunt quæ charissima esse solebant; filiorum aspectus tunc injucundus est; ornatus et pretiosæ vestes sordent; delicatissæ et forcula ut stercorea reputantur, et tantum ad delictorum remissionem et divinam gratiam suspiramus. Hæc lephets, hæc beneplacitum nostrum, hæc querimus, hæc invenire satagimus. Leges Davidis Psal. 139: factam itaque penitentiam eis objicit, et bonorum istorum impotens studium.

VERS. 4. — AD LITES ET CONTENTIONES, etc. Etiarum inedia bilem commovet, non tamen usque adeo notioribus istis naturalibus subjectis esse debet quàm castis cogitationibus, quales sunt penitentia, indulget, ut præter decorum, et non satis laudatam modestiam, in rixas et contentiones prorumpat. Hæc autem, quantum conjicere possum, eos adeo suorum bonorum et pecunie studiosos fuisse significat, ut jejuniis non ad modestiam et humilitatem, non ad divinam gratiam promerendam, sed ad pecunias congerendas instituisse viderentur. Nam illa propter quæ quidpiam facimus, opus ipsum subsequuntur, ut qui propter collocandam filiam ad Indos proficiscitur, illic congerit pecunias, non eas dissipat; atque ad suos rediens, mox querit cui filiam suam nuptui tradat. Si igitur illorum jejunia lites et rixæ excipiebant, in hoc instituisse jejunia videbantur ut liberius possent istis vacare, et tempus ad judicicia exercenda suppetere. Quid si ad lites et jejunia vocet jejuniis certare, videlicet ut hic plures dies se jejunare quàm alius diceret? Isti enim sunt qui Domino dicebant: Quare dicuntur Joannis et Pharisei jejunamus? etc., quasi ipsum jejuniis inani gloriæ potius quàm penitentia deseruiret. PECCATORIS PECNO, vel eos à quibus suos labores exigebant; vel se invicem, dum de jejuniis contenderent ac litigarent. Qualis, quæso, hæc penitentia censenda est, quæ proximum violat, cujus charitatem nobis jejuniis antiquiorem esse debere præcipit divina Majestas? Idem omnino dicendum est de illorum abstinentiâ, vigiliis, vili habitu, illotâ facie, impæxâ comâ, vitato hominum consortio, et similibus; quo quò magis in hujusmodi corporali exercitatione excellunt et cæteros longo intervallo post se relinquunt, eò magis plus alios despiciunt, aut etiam de

aliis obloquuntur, et illis detrahunt. Ridiculi prorsus homines, et istis similissimi qui charitatem, in quâ totius justitiæ cardo vertitur, proscedentes, corporali exercitatione, quæ, si illa destituatur, nihil nominæ censetur ab Apostolo, universam sanctitatis rationem meliunt, audiant quid hic dicat Dominus: NOLITE JEJUNARE, sicut, etc. Ad verbum, secundum diem, id est, sicut hodiè, hoc tempore, hætenus, ut solenne vobis et moris est. UT AUDIATUR, etc. Clamor, vox, col, id est, preces quas funditis; vel potius, ut in summâ sit explicatio ejus quod dixerat, secundum diem: Ne jejunetis, ut hætenus consuevistis, nempe ut clamor vester, quem inter contendendum et rixandum emittitis, in excelso audiat; vel clamor vester, quem emittite facitis eos quos ad persolvendum adigitis, aut quos percussitis. Nominem autem clamoris intelligit sæpe Hebraismus violentiam, rapinam, fraudes, et ea omnia quibus violatâ charitate clamorem edere facimus injuriam passos. Illic colos penetrat, neque aures Dei hujusmodi clamorem ferre possunt. Exempla obvia sunt. Vide supra, cap. 5.

VERS. 5. — NUMQUID TALE EST, etc. Ne putes hic corporalem abstinentiam et jejunia rejici; sed per comparationem ad charitatem fieri sermonem, videlicet ut hic jejuniis et carnis macerationem absque charitate, illic charitatem vel jejuniis destitutam, et secundum suam naturam consideratam colloques; non enim ait: Non elegeri jejuniis, sed: Non hoc jejuniis elegeri. PER DIEM. Vulgatus iam pro hâc omni accepit, neque malè; ego ad verbum reddidi, (quasi jejuniis tempus jejuniis dicitur appellat) ut sit sensus: Numquid jejuniis ejusmodi elegeri, seu tempus quo affligat homo animam suam, videlicet ut nihil aliud à jejunante requiratur quàm ut affligat animam, id est, se et corpus suum ita inedia conficiat, ut caput rectum gestare non possit, sed dimittat, ut juncus flaccescens solet, et super sacrum et cinerem stratum jaceat? COSTORRE; caphaph propriè est curvare, incurvare; unde caph, quævis curvitas seu concavitas quæ curvatione facta manet. Nomen verò agemon, quod circumculum vertit Vulgatus, juncum notat; at cum interdum pro reate ex juncu accipiatur, ut Job. 40, Vulgato licet circumculum dicere; vide supra cap. 9. ET DIEM ACCEPTATIONIS. Locus hic confirmat superiorem interpretationem, quæ diem pro jejuniis tempore accepit. Hinc habemus, quando in veteri instrumento Deus aut jejuniis aut sacrificia aut quævis alia sibi accepta esse dicit; aut odorem suavitatis Deo, seu fragrantia (ut Paulus vertit) legitimus, ea, inquam, omnia intelligenda esse, modò absque charitate non fiant; hæc adhibendam ubique conditionem locus hic luculentissimè confirmat. Nequaquam enim sibi accepta esse dicit, quæ alibi sibi accepta esse testatus est; verum seipsam hoc in loco interpretatur ad nostram eruditionem; videlicet ut nihil probari Deo sine charitate intelligamus; ut vel ex hoc loco nos communiter sufficienter satis possumus adversus hæreticos, qui fidei adscribere volunt justificationem ex locis perperam intellectis; quibus si fidem suam Deo

objiciant; Domine quare credidimus, et non aspexisti? Dixisti enim: Qui crediderit, salvus erit; et fide justificari sæpius homines Spiritu sancto inspirati nobis testati sunt; non dubium qui responsurus sit Dominus: Ecce cum fide vestrà invenitis beneplacitum vestrum, et lacro vestro intenti estis, et ad lites et contentiones reditis. Numquid hæc est fides quam elegi, et electam vobis commendavi? Fidem quidem commendavi, sed non talem quæ charitatem violat, Christi Ecclesiam scindit, obedientiam nescit, neque aliud quàm decertare et conviciis læscere novit; ne ultra, sicut hætenus, credatis, sed fidem charitate conjunctam colite; non eam pro ancillâ habetote, sed ut sine quâ nihil cetera habent pretii aut meriti. Vides, vel Domino interpretante et seipsam explicante, quo pacto debeamus sacram Scripturam exponere.

VERS. 6. — DISSOLVE COLLIGATIONES. Possumus in infinitivo legere; Vulgatus per imperativum vertit; quia, ut in nostrâ versione vides, sequuntur nonnulla verba in futuro; sensus tamen constat. Caret sabbath Vulgatus colligationes dixit; cum verum habeat quatuor litteras incerta est radix. Si tæde adventitiam dicas, est à verbo carab, quò vincula adurant, et exhauriant spiritum et vitam; si verò beth, est à caratis, id est, exacuit; unde caritism, id est, tribula, et sic à punctione nomen habent. Vel certè ex duobus radicibus compositum est, carab, adustum est, et tsabah, intumuit, quò colligationes et vincula munda sunt et tumescere faciunt membra. De felicitate mundanorum dicitur in Psalmo, quòd istis careant ante mortem, et molestiâ ligamini, quæ vulneribus adhiberi solet, etc. Vincula ergo improbitatis appellat hic quæ ipsa improbitas injicit debitoribus. FASCICULOS; agudah fascem notat; sed fasciculos hic appellat metaphorice fœnora, quæ dum debitores non sunt solvendo in dies augentur, et in fœces excrescunt, quas non possunt ferre; vel certè servitia et operas, quas illis injungebant interim, dum non solverent. Quòd si scribendum per resch qui dixerit, aguroth tractatus interpretetur et chirographa, quibus debitores obnoxii fiunt; sic enim appellantur scripturae, et epistole Hebræis. Hos itaque transilire facere, id est, præterire jubet, ne debitores adigant ut, sicut in illis habetur, persolvant. DEPRIMENTES, seu oppressionis, sensus constat; vox autem motah peritiam, ac deinde jugum nota quòd cervicibus imponitur, tam bono ad sulcos faciendos, quàm hominum onera deferentium. Quòd nomen hoc eodem versu repetitur; et quidquid molestum et grave est figuratè notat. Nihil itaque molestie inferre, sed potius humanitatem exercere erga omnes jubemur. Infra vers. 9, Vulgatus catenam reddidit.

VERS. 7. — FRANGE. Quia per imperativum vertebat, omisit interrogationis particulam, annon dividere, etc. OPERA EUM. Rectè conjunctio omittitur, quæ sæpius Hebræis vacat; vel alteri, quæ sequitur, respondet; et operum, et ne te abscondas à carne tuâ; sic Hebræa habent ad verbum. Hæc dicit esse jejuniis acceptum sibi, quia virtute continentur jejuniis, et præstant jeju-



nio, ut si alterum ex illis omittendum sit, jejunium potius omittatur. *Operi*, dixit, et *carnem tuam*; alterum per extenuationem ob facilitatem, alterum per augmentum, ut necessitatem induceret. Quod autem facile est et necessarium, quis non praestabit? Quid si propterea operem fratrem nudum vocavit non abscondere se à carne sua, quòd qui fratrem nudum operit, seipsum operit, et sibi providere dicitur, ne nudus coram Deo appareat?

VERS. 8.—*LUNC ERUMPET QUASI MANÈ*, etc. Quae sint humanitatis et misericordiae praeemia hoc loco commemorat propheta. Interrogat illi, quare jejunantibus non subveniret; respondit, quòd non sicut oportebat jejunarent. Simile est illud: *Petit, et non accipitis, id quòd malè petatis*. Cùm enim dicebatur: *Petite, et accipietis*, intelligendum erat, modò benè peterent. Addit ergo, quòd si formam jejunii mutarent, et misericordiae jejunium conjungerent, multò plura et potentiora acciperent quàm optarent. Primò ergo: *erumpet*, rectè veritè Vulgatus verbo neutro. *Erumpet huc tua*, id est, incipit tibi illucescere, et è mediis calamitatum tenebris incipies emergere. Has tenebras sparsit super vos vestra inhumanitas; haec sicut *librum caelum convolvit*, seu *picat* (ut loquitur Scriptura), diem terris auferit, tempestates concitat, et totam mundi machinam conturbat. Ut vel hinc videas quantà curà afflictiat Deus pauperum suorum, et quanti eorum salutem atque consolationem ducat. Familiare est autem lucis nomine prospera, et tenebrarum adversa in Scripturis designari. ER SANITAS TUA, etc. Nomen est quò chirurgi vocant emplastrum suum; hinc metaphorice pro medicamento, remedio seu reparatione quarumcumque rerum accipitur. Neh. 4, Jerem. 29 et 50; hic ergo pro opitulamine seu remedio sumitur; quandiu enim durat inhumanitas nullum est remedium et adversus irruentes tempestates obstaculum, seu operimentum; sicut supra cùm crudelitates commemorasset, dicebat: *Quid facietis in die visitationis, etc.* ANTEIBI FACIEM TEAM JUSTITIA TUA, id est, in omnibus quae occurrunt rebus apparebit quòd justus sis. Obtinnet enim passim opinio, quòd adversa non nisi ob scelera contingerent. Unde oratio phrasim, *anteire justitiam*, pro omnia, quae nocere possent, amovere, et omnia plana reddere juxta justitiae meritum. Unde etiam illud: *Respondebit mihi justitia mea; et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam*, etc. ET GLORIA DOMINI, etc. Vulgatus supplevit conjunctionem, et, merito. Si in memoriam reduxeris historiam illam, quando Moesen voluerunt Israelitae lapidibus obruere, et ille ad Dominum confugit, apparuitque gloria Domini in nebula, et operuit locum, etc., intelliges locum istum. Hinc enim ortum habuisse videtur haec locutio: *Gloria Domini colliget te*, id est, insurgentibus in te hostibus, pro Dominum omni periculo subduceris; quemadmodum Moesen Dominus gloria sua et nebula protegit; quòd etiam respexit Psal. 7: *Abscondes eos in abscondito faciei tuae à conturbatione hominum; proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum*.

Ergo crudeles et immisericordes omnium injuriæ expositos esse intelligo, illisque in singulis ferè passibus timendam esse ruinam; praecedit enim eos iniquitas, et odium quo illos Deus prosequitur.

VERS. 9.—*RESPONDEBIT TIBI*. Dicebat quòd non *videret, non aspiceret*, id est, non attenderet ad preces cum multo jejunio conjunctas. Hic jam habes quid Deo aures obturet, et oculos avertere faciat. Misericordiam exercentes diù laborare non patitur: *ipsi enim misericordiam consequentur*. Lege psalmum: *Beatus qui intelligit super egenum, et pauperem*. ECCE ABSUM, Hebr., *ecce ego*; quid tibi opus est? adsum opem laturus. Si ANSTULEAS. Sunt qui haec conjungunt superioribus; sed initium versùs sequens: *ET EFFUDERIS*, (sic enim habetur in Hebræo) facit ut hoc loco pendere dicamus orationem usque ad verbum *orientur*. CATENAM. Vide supra vers. 6. DESIDERIS DIGITUM EXTENDERE. Verbum supplevit ad elucidationem: ego verbum verbo reddidi, ut repetatur in hoc membro et sequenti verbum *abstuleris*. Est autem *mittere digitum* contendere et rixari; sumptum ex gestu videlicet rixantium. Fortè illud est in Proverbis de petulanti feminâ, *digito loquitur*; aut certè est quasi volentis oculos eruere; quod est irati et impotentis animi.

VERS. 10.—*CUM EFFUDERIS*. Hebr., et *effuderis*, seu (juxta propriam significationem) *deprempseris*. Sunt Hebraei peculiare quaedam phrasem quae rem vehementer augent et amplificat, quas Latinus sermo nequit satis exprimere, aut vim eorum adaequare. *Depromere ergo animam* est tota misericordiae viscera patefacere; quòd non facit qui aut non subvenit, aut non condat, aut non quantum valet auxilii praestat; quòd sequens membrum notat. *Satiare enim animam afflictam* seu *inopem* est affam suppeditare quibus indiget, ut non ultra indigeat. *Si tam magnificè*, inquit, *misericordiam exhibeas*. ORIETUR IN TENEBRIS LUX TUA. Discutientur calamitatum nublata, et ipsa caligo resplendet ut *meridies*, id est, in maximam lucem convertetur, ut lateris pro diebus quibus fuisti humiliatus, etc. Quid si ipsas luctus causas gaudium allaturas significet? nempe ut de illis ipsis valdè laetetur pro quibus tristabatur, et libenter *glorietur in infirmitatibus cum Paulo*, jam ad perfectionem vitae pervenies; qui cùm Christum nesciret, aut in peccatis degeret, summam malorum pauperem et injurias reputabat. Sed prior sensus planior est.

VERS. 11.—*REQUIEM DABIT*. Potest esse verbum, *nacah*, id est, *deducet*, ut pastor. Quisensus aptus satis est; quasi alludat ad illam deductionem filiorum Israel per desertum; hoc enim verbo utitur Scriptura, Exod. 15: *Jehova ibat ante eos interditi in columna nubis, ut duceret eos in viâ, et Ps. 77: Duxisti, velut oves, populum tuum*, etc. Voluit autem eorum ducatum abicere propter eorum scelera; at hic ducatus perpetuus fore promittitur. Potest et sic accipi: *Erit perpetuò Jehova requies tua, in quo mo quiescas*. ER OSSA TUA. Hebraei scriptores nonnunquam *ossa* pro toto homine accipiunt. Ps. 141: *Dispensa sunt ossa nostra secus infernum*, id est, in ea discrimina nos

adduxerunt ut propè ad mortem accesserimus. Vocant etiam *ossa* singula quaque membra, quia ossibus distinguuntur, ut cùm dicitur Ps. 34: *Dominus custodit omnia ossa iustorum, et unum ex eis non confringit patietur*; sic hoc loco *ossas extrahere*, seu *eripere* est non sinere ut aliquid piorum membrum detrimenti patiatur. Quasi mortuus. Primò animoolve viriditatem, proceritatem, amoenitatem, fertilitatem et universam denique pulchritudinem *horti irrigui*; deinde eam cogitationem ad animum et vitam hominis transfer, et aliquà ex parte felicissimam eorum hominum conditionem percipies. Qui erga alios homines misericordes sunt, grati sunt universis propter utilitatem, et in largiendo hilaritatem: ad eos in actu confugitur; nunquam eis gratia deficit; qui enim miseretur et tribuit, auget Deus illi vires et bona, et dat semen ad seminandum, et panem ad manducandum. Huc facit apologus de eo, qui propterea agrum quempiam valdè frugiferum emerat quòd ex eo, non septo neque vallis munito, tam dominus agri quàm plerique alii saturarentur; at post quàm in possessionem avari devenisset, et eum muro communisset, nonnisi illi sufficientes fruges afferebat. Consulens itaque oraculum tale audivit responsum:

*Uni servit ager tibi, nunc cur tanta requiris?*

Huc fortè facit quòd sequitur. ET QUASI FONS AQUARUM, CUTES, etc. Quò significat, semper habituros ex quibus possint misericordes esse. Conferre enim beneficium in pauperem est semen in pinguisimam terram proptitò cœlo projicere. Qui autem parèd seminat, parèd et metit. Alii aliena diripiunt et in egestate sunt, isti propria distribuunt, et semper abundant, inquit Sapiens. Juvat in similitudine fontis hoc quoque considerare, quòd si quis aquas fontis muro includat, non emanant aquae sed furim aliò sese proripiunt. Id tibi continget si servare velis temporalia bona. Et in Hebræo quidem non est nomen *fontis*, sed generale nomen *exitus, egressus, scaturigo*; et pro, non *deficiunt, non mentiuntur*, eleganti translatione. Qui enim scaturientes videt aquas, sperat meritò semper se ibi aquas reperituros; si verò vigente calore, supremis terrae partibus exsiccatis squalidisque, non scaturient, mentitas fuisse aquas meritò dicere poterit. Sic divitiarum avarorum mendaces sunt, et sepe fallunt possessores suos. Quare et *incertae* dicuntur à Paulo, seu *infideles*; et piorum, et misericordium *fideles* sunt aquae. *Totâ*, inquit David, Ps. 37, *die miseretur, et commodat, et semen illius in benedictione erit; at iniusti disperibunt, et reliquiae illorum interibunt*.

VERS. 12.—*IN TE, vel à te, DESERTA, vel siccitates*. Et quia de adificatione est sermo, videntur istae siccitates accipi pro dirutis civitatibus, quas Hebraeus sermo cùm denudatur vel habitatoribus vel domibus, *exsiccari* dicit; sunt enim veluti sanguis et vita civitatum, ut apud Ezechielem 26 et 50 et 49; propterea hic siccitates verti, et de his desertis intellige Vulgatum lectionem. SECLORUM, *Seculi, vel aeternitatis*, id est, quae à multo tempore exsiccatae sunt. Illud etiam quòd sequitur: *Fundamenta generationis, et generatio-*

*nis, vel seculi, et seculi*, id est, mulatorum seclorum; illa excubiis adificia, quorum tantum ima fundamenta terrâ operata remanserunt. Haec significant tantam sobolem habituros post se, ut necesse sit quærere ampliores habitationes. Sicut enim deficientibus habitatoribus peste vel captivitate deserat fiunt et ruunt civitates; ita si multiplicentur, quae fuerunt deserte rursum adificiantur. Quòd si illam perpetuam aquarum scaturiginem, quae versu superiori processit, ad perpetuitatem familiae et haeredum referas, satis haec omnia conveniunt; non solum filii patribus perpetuè serie succedent, verum etiam in immensum multiplicabuntur. AVERTENS, vel *convertens, meschobeb*; qui enim perfoscos et collapsos muros resarciat et instaurat, *avertit semitas* quae ad rupturas tendebant, ad portas et domos in quibus est habitatio. Neque meritò quis hanc versionem potest reprehendere: nam verbum *aversionem* et *conversionem* notat. Possumus etiam reddere: *Restituens semitas quieti, non scilicet per eas semitas quae ad rupturas tendebant, ultra quicquam veniat*. Et hoc est *semitas quiescere*, quasi obstructions rupturarum et repelga perpetuò sit duratura; et non similia illis quae agricolae in olivis aut vineis faciunt, quae rursum viatores dirunt, et per easdem semitas rursus post paucos dies iter conficiunt. Et hic sensus planus est; ob idque mihi magis arridet ut totum sit unum membrum: *Obstructor rupturæ reddens, vel restituens semitas quieti, ut sit nomen à verbo schabath, id est, quieti, cessavit, si verò sit à verbo iasach, id est, sedit, sensus erit: Reducens semitas ad habitandum*. Nam antè quàm reedificarentur deserte civitates, nullæ illuc ad habitandum tendebant semitae; at plenâ habitatoribus terrâ et restauratis oppidis restituntur *semitae ad habitandum*.

VERS. 13.—*SI AVERTERIS A SABBATO*, etc. Videbatur in superioribus ita opera misericordiae exigere, quasi his contentus cultum parùm curaret; sicut cùm Dominus dicebat: *Misericordiam volo, et non sacrificium*. Quare jam cultum addit. *Haec enim oportet facere, et illa non omittere*. Neque Evangelii verba aliud notant, quàm quòd nollet sacrificium, absque misericordiam; quòd si utrumque quis conjungeret, jam vide quanta ei pollicetur Dominus. Si, inquit, *itineris sabbati non conficias*; jubebat enim lex quiescere etiam corpore, ut vacarent meditationi operum Domini et gratiarum actioni, orationi, et lectioni seu verbo Dei audiendo, sabbatis enim praelegere in Synagogis Moesen et prophetas moris erat. FACERE. Repetenda est propositio à quae cum nomine *sabbati* processit; non solum quiescere opus est aut iter non conficere, sed in urbe in die sancto non *facere beneplacitum suum*, id est, non indulgere genio, non praebere animae suae concupiscentias ejus. Quòd alibi interdicitur, et supra objecerat, *quòd in die jejunii inveniant beneplacitum suum*. VOCABERIS, *cara*; cum hoc genere constructionis est *nomen imponere*. Quare non laudo eum qui vertit, *vocare ad sabbatum*; rectius Vulgatus, si *vocaveris*, id est, hoc nomine sabbatum appellaveris,



nenipe *delicatum et sanctum Domini gloriosum*, id est, delicatè et tènèrè observandum, sanètèque colendum in Domini gloriam duxeris. Verùm cum in Hebræo non sit conjunctio, planus erit sensus si in abstracto accipias *pro delicio*; ut nomen sabbati hoc sit, *delicium sancto Jehova gloriosum*, seu *sancti Jehova gloria dicitur*, quemadmodum Deut. 15, habent Hebræa: «Vocata est remissio ipsi Jehova. Si duxeris,» inquit, «et ita etiam ore protuleris, quòd sabbatum sit delicium, seu voluptas quadam Domini, et ad ejus gloriam excoigata,» et hoc magis explicat, «et glorificaveris ipsum,» vel Deum, vel sabbatum; quoniam modo? Non faciendum vias tuas, sed cum *delicium sit Domini*, ea faciendum quæ ipsi adhibent, et viis ejus insistenti, recedendo videlicet à veteri vitâ, et qui Deo displicent moribus, neque vel verbo *faciendo benepalium tuum*, id est, abstinenti à verbis levibus et ad mundanam jucunditatem compositis. Exigit itaque in observatione sabbati, ut Deo tantum vacemus, nam quies Domini est, ejus quieti, gaudio et voluptati intendere debemus, nostri nostrarumque rerum, nostre voluptatis et jucundorum verborum prostris oblitus, idcirco enim eo die et cibum parare prohibuit, ne occuparent servi et ancille, sed omnes Domino vacarent, neque suas cibi esse possent domi, ne quoquo pacto nobis intenderemus, sed Dei glorificationi, jucunditati atque exaltationi.

VERS. 14. — Tunc delectaberis, etc. Est hic verbum à quo illud nomen quod superiori versu *delicium* interpretat sumus, q. d. : «Si delicias Domini procuraveris, et totus diebus festis invigiles, ut suas «Domini delicias habeat, ille vicissim te voluptate et delictis afficiet, et si animum tuum à mundi delictis abstraxeris, habebis alias tantò veriores et certiores seu stabiliores, quantò invisibilia et æterna «corporeis et corruptibilibus præstant.» Nam cum absque voluptate vitam ducere non possimus, propter Deum autem nobis his terrenis carnique cognatis, quasve magno impetu natura persequitur, interdicanus, non se continet divina bonitas quò minus suas illas nobis conferat, quibus mens gaudet, et animus in ipsis amorem rapitur, quod etiam ipsi carni non injucundum est. Unde David: *Renit consolari anima mea; memor fui Dei, et delectatus sum*; et alio in loco, *carnem cum corde dicebat exultasse in Deo suo*. Certò scio, si fieri posset ut has divinas et celestes delicias homo istis aliis carnalibus immersus gustaret, confestim commutationem meditaretur, etiamsi magno eam obtinendam sibi esse intelligeret. Tunc enim

## CAPUT LIX.

1. Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus ut non exaudiat.
2. Sed iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum; et peccata vestra absconderunt faciem ejus à vobis, ne exaudiret.
3. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, et digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, et lingua vestra iniquitatem fatur.

sibi naturæque suæ restituitur, non aliter quàm si filius regis et regie indolis furto sublati, et inter agricolas educatus, post aliquot annos in regiam reduceretur, et regum delicias gustare inciperet; numquid ipsius animus planè regius, veluti è somno gravi emergens et veluti naturæ suæ redditus, indè abduci pateretur? At animus hominis divinus est, neque ex carne prognatus, quare cum cœlestia gustu percipit, isthæc omnia inferiora fastidit. Religiosis igitur ac pietatis hoc primum est præmium, ut super Jehova oblectetur et veris voluptatibus pascatur; alterum est: *SUSTOLLAM TE SUPER ALTITUDINES TERRÆ*. Allusio est ad verba Moïsi: «Constituit cum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, ut suggeret «mel de petrâ, oleumque de saxo durissimo, butyrum, etc.» Non quòd hæc carnalia hic promittant, nam habitantibus Jerusalem et super excelsam terram jam dudum degentibus verba faciebat, sed cœlestem et spiritalem habitationem per illam significatam hic notabat propheta, quâ in terrâ degens fruebatur Apostolus, quamque Christus suis daturus erat in Ecclesiâ *quæ de sursum est*, quam sibi promissam intelligebant sancti Patres, à quâ quia longè aberant, se peregrinos dicebant *super terram*. Quod eleganter persequitur Paulus ad Hebræos, probans non esse Palestinam, aut aliam terrenam provinciam ad quam illi suspirarent, nam illic rodire poterant si vellent. Regnum ergo Messie hic accipe, et regnum ejus planè excelsam atque cœlestem *super omnes montes elevatum*, in quo aquam, oleum, mel, butyrum et quidquid optabile est ab uno Christo sugimus, qui omnia nobis factus, nos sibi amore constrictos super omnia terrena rapit, ut in nullâ re, dùm hanc vitam ducimus, pedem figamus, sed *quæ retrò sunt oblivioni tradentes ad superiora feramur*. Ob quod fortassè non hic dixit, *eos constituturum super excelsam terram*, sicut Moïses antea dixerat, sed quòd *tehi faceret eos*, veluti qui nubibus veherentur, *super celsitudines terræ*; et ut rem magis animo ingigeret, confirmationem addit, quòd *os Jehova locutum sit*. Vides, christiane lector, præmia misericordiæ et pietatis? Si habet mundus que cum istis conferat, ametur, sin minus, et os Domini vera loquitur, quid hæremus? Certè cum hæc verba examino, simulque oculos per Ecclesiam circumfero, et quàm pauci sint, qui delectati in Domino, habitationem suam supra nubes habeant, tunc planè intelligo paucissimos esse qui verè sint misericordes, et numinis veri cultores, os etenim Domini scio vera dicere per prophetam suum. Ergo legendum est.

## CHAPITRE LIX.

1. La main du Seigneur n'est point raccourcie pour ne pouvoir plus sauver; et son oreille n'est point devenue plus dure, pour ne pouvoir plus entendre.
2. Mais ce sont vos iniquités qui ont fait une séparation entre vous et votre Dieu; et ce sont vos péchés qui lui ont fait cacher son visage, pour ne plus vous écouter.
3. Car vos mains sont souillées de sang; vos doigts sont pleins d'iniquité; vos lèvres ont prononcé le mensonge, et votre langue a dit des paroles criminelles.

4. Non est qui invocet justitiam, neque est qui judicet verè; sed confidunt in nihilo, et loquuntur vanitates; conceperunt laborem, et pepererunt iniquitatem.
5. Ova aspidum ruperunt, et teles araneæ texerunt; qui comederit de ovis eorum, morietur; et quod confutum est, erumpet in regulum.
6. Tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis; opera eorum opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum.
7. Pedes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem innocentem; cogitationes eorum, cogitationes inutilis; vasitas et contritio in vis eorum.
8. Viam pacis nescierunt, et non est iudicium in gressibus eorum; semitæ eorum incurvatæ sunt eis; omnia qui calcet in eis, ignorat pacem.
9. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, et non apprehendet nos justitia; expectavimus lucem, et ecce tenebræ; splendorem, et in tenebris ambulavimus.
10. Palpavimus sicut cæci parietem, et quasi absque oculis attractavimus; inæquinus meridie quasi in tenebris, in caliginositas quasi mortui.
11. Rugiemus quasi ursi omnes, et quasi columbæ meditates gememus; expectavimus iudicium, et non est; saltem, et elongata est à nobis.
12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, et peccata nostra responderunt nobis; quia scelera nostra nobiscum; et iniquitates nostras cognovimus.
13. Peccare et mentiri contra Dominum; et aversi sumus ne iremur post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam et transgressionem; concepimus, et locuti sumus de corde verba mendacia.
14. Et conversum est retrorsum iudicium, et justitia longè stetit; quia corruit in plateâ veritas, et aequitas non potuit ingredi.
15. Et facta est veritas in oblivionem; et qui recessit à malo, prædæ patuit; et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis ejus, quia non est iudicium.
16. Et vidit quia non est vir; et aporiatus est quia non est qui occurrat, et salvavit sibi brachium suum, et justitia ejus ipsa confirmavit eum.
17. Indutus est justitiâ ut lorici, et galea salutis in capite ejus; indutus est vestimentis ulionis, et operatus est quasi pallio zeli.
18. Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, et vicissitudinem inimicis suis; insulis vicem reddet.
19. Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini; et qui ab ortu solis, gloriam ejus; cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit;
20. Et venerit Sion redemptor, et eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus.
21. Hoc fœdus mecum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, et verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.

4. Il n'y a personne qui parle pour la justice, ni qui juge dans la vérité; ils mettent leur confiance dans le néant, et ils ne publient que des mensonges; ils conçoivent l'affliction, et ils enfantent l'iniquité.
5. Ils ont fait éclore des œufs d'aspides, et ils ont formé des toiles d'araignées; celui qui mangera de ces œufs en mourra; et si on les fait couvrir, il en sortira un basilic.
6. Leurs toiles ne leur serviront point à se couvrir, et ils ne se revêtiront point de leur travail; car leurs travaux sont des travaux inutiles, et l'ouvrage de leurs mains est un ouvrage d'iniquité.
7. Leurs pieds courent pour faire le mal, et ils se hâtent de répandre le sang innocent; leurs pensées sont des pensées vaines; leur conduite ne tend qu'à perdre et à opprimer les autres.
8. Ils ne connaissent point la voie de la paix; ils ne marchent point selon la justice; ils se font des sentiers tortus, et quiconque y marche ne connaîtra point la paix.
9. C'est pour cela que l'équité s'est éloignée de nous, et que la justice ne vient point jusqu'à nous; nous attendions la lumière, et nous voilà dans les ténèbres; nous espérons un grand jour, et nous marchons dans une nuit sombre.
10. Nous allons comme des aveugles le long des murailles; nous marchons à tâtons, comme si nous n'avions point d'yeux; nous nous heurtons en plein midi, comme si nous étions dans les ténèbres, nous nous trouvons dans l'obscurité, comme les morts.
11. Nous rugissons tous comme des ours; nous gémissons et nous soupçons comme des colombes; nous attendions un jugement, et il n'est point venu; nous espérons le salut, et il est bien loin de nous.
12. Car nos iniquités se sont multipliées devant vos yeux, et nos péchés portent témoignage contre nous, parce que nos crimes nous sont présents, et que nous connaissons nos iniquités.
13. Nous avons péché, et nous avons menti contre le Seigneur; nous nous sommes détournés pour ne point suivre notre Dieu, pour semer des calomnies, et pour violer toute justice; nous avons conçu et fait sortir de notre cœur des paroles de mensonge.
14. L'équité nous a abandonnés, et la justice s'est retirée de nous; car la vérité a été renversée dans les places publiques, et l'équité n'y a trouvé aucune entrée.
15. Et la vérité a été en oubli, et celui qui s'est retiré du mal, a été exposé en proie; le Seigneur l'a vu, et ses yeux ont été blessés de ce qu'il n'y avait plus de justice.
16. Il a vu qu'il ne restait plus d'homme, et il a été saisi d'étonnement de voir que personne ne s'opposait à ces maux. Alors son bras a été sa ressource, et sa propre justice l'a soutenu.
17. Il s'est armé de sa justice comme d'une cuirasse, et il a mis sur sa tête le casque du salut; il s'est revêtu des vêtements de la vengeance, et il s'est couvert de sa colère comme d'un manteau.
18. Il se prépare à se venger, à punir dans sa colère ceux qui lui font la guerre, et à rendre à ses ennemis ce qu'ils méritent; il traitera les fiels selon leurs œuvres.
19. Alors ceux qui sont du côté de l'Occident craindront le nom du Seigneur, et ceux qui sont du côté de l'Orient révèreront sa gloire, lorsqu'il viendra comme un fleuve impétueux dont un souffle violent agite les eaux.
20. Lorsqu'il sera venu un rédempteur à Sion, et à ceux de Jacob qui abandonneront l'iniquité, dit le Seigneur.
21. Voici l'alliance que je ferai avec eux, dit le Seigneur: Mon esprit qui est en vous, et mes paroles que j'ai mises dans votre bouche, ne sortiront point de votre bouche, ni de la bouche de vos enfants, ni de la bouche des enfants de vos enfants, depuis le temps présent jusque dans l'éternité, dit le Seigneur.



VERS. 1. — ECCE. Existimo initium hujus capituli esse conclusionem superioris orationis. Judæi enim variis calamitatibus afflicti, putantes quod satis justi et pii essent per observationem legalium caeremoniarum, querebantur quod non eos eriperet Deus. Quibus respondit se non esse in culpa; nam non ritè servabant quæ lex præcipiebat, ut vidisti; quod tamen si fecissent, mirum quanta recepissent bona. Ubi ergo quasi digressionem quædam eos de operibus misericordiarum et verâ religione instruxisset, à quâ omnino erant alieni, infert: « Ecce apparet quod non me incusare debeatis, quod vos non audiam neque respiciam; ex dictis enim intelligere potestis, quod non sit manus meæ contracta aut decurtata, ut non orem ferat; neque habeam aures graves, id est, obturatas aliquo humore noxiis, ut non audiam vestros clamores et preces. »

VERS. 2. — SED, *ki im*. (Quinimò iniquitates vestre interstitium ingens fecerunt inter vos ac me, ut non pertingant voces vestre ad me; elongati enim estis per scelera vestra; abistis in regionem longinquam peccati, in quâ nihil mihi est commercii. Si non respicio, si non attendo, vestre iniquitates atque errata operuerunt faciem, non ego.) Quantum conficere possum, christiane lector, hic locus illorum assertionem destruit, qui putant aliquid Deum facere vel apponere in excecatione, in duratione seu fueritione peccatoris. Deus enim eodem loco (ut ita loquar) hæret, is ipse est, eodem vultu perseverat, eosdem suæ lucis radios immittit, et nemini in hac vitâ (ut cum scholasticis loquar) auxilium sufficiens unquam denegavit; patulas habet aures clamoribus, oculos apertos, ut cultus, obsequia et ipsas denique calamitates attendat. Omnis obduratio, excecatio et elongatio à nobis ortum habet; cum enim videntes scientesque peccamus, et peccata peccatis cumulamur, facinus ne clamores ad Deum ascendant, neque nostram vicem doleat, ut è malis eripiat. Si quas tamen voces emitteremus pro peccatorum ipsorum remissione, audiret, attenderet; nam jam non tam longè agit peccator. Eum enim tantum longè esse Scriptura solet dicere, qui cum peccatis sit immerisus, nihil aut parùm de suo casu est sollicitus, sed suas vias persequitur.

VERS. 3 — MANUS ENIM, etc. Descendit ad species peccatorum. Primum eos homicidii coarguit. Verbum autem Hebræum licet notet *devolutionem rei ad se*, et verbo *relinquendi reddatur*, interdum tamen *devolvere*, ac proinde *devolvendo contaminare*, ut Malach. 1, quasi significatione contrariâ significat; quare hic *contaminari* verbo reddidi; sicut et Thren. 4, quod non unum aut alterum homicidium designat, sed carnificum aut laniorum more sanguinem convolvere, versare, tractare. DIGITI, *volas*, seu *palmas manuum*, dein *digitos* dicit *contaminatos*, quasi nihil aliud tractarent quam alii injusè incommode. INIQUITATEM. Vox *omne malum* in genere significat quo proximo visitur, et præsertim quo aliquid ab eo auferatur. FATUR. Cum verbum *hamah* omnibus animantibus tribuantur

Hebræi qui aliquem sonum edunt ore, verbo *sonandi* licet reddere; cum verò homini tribuitur, imperfectas illas voces et veluti murmura notat quæ ab ore exeunt secum colloquens hominis, et de re quam facturus est apud se disponens; vel de re quâ afflicti gestantur.

VERS. 4. — NON EST QUI INVOCET. Quia *vocare in nomine Domini est invocare nomen Domini*, non immeritò *vocare in justitiâ* reddere possumus *invocare justitiâ*. Sed quid sit *invocare justitiâ* non usque adeò planum est; arbitrò autem esse quod in Evangelio dicitur, *esurire et altire justitiâ*. Ea enim invocamus quæ adesse optamus et quorum desiderio tenentur; sed propter id quod sequitur, *neque qui judicatur cum veritate*, reddere possumus, *vocare cum justitiâ*, q. d.: *Nemo est qui justè quemquam ad iudicium vocet. Neque qui judicet*. Legendum, *judicetur*. Est autem interdum Hebræis *judicari*, in *ius vocari*. Ps. 109: *Quando judicabitur, exeat condemnatus*; supra 33, et infra 66, etc. Hanc phrasim secutus Paulus ait 1 Cor. 6: *Sustinet quis vestrum iudicari sub injuriis*, id est, litigare coram iudice. Obijcit ergò hic neminem in iudicium alterum cum justitiâ vocare, neque (quod ferè idem est) iudicio contendere cum quoquam cum veritate. Sed: de suo addidit Vulgatus adversativam, explicandi gratiâ. Quæ autem sequuntur verba in infinitivo sunt; in quo etiam non ineleganter verbi possunt. CONFIDENT. *Confidere in nihilo, aut in inordinatione*, quando nihil sine ordine aut dispositione est aut fit. Sic se res habet ubi non est justitia et veritas; et ipsa inordinatio animos iniquis auget; et, ut quidvis audeant, vires subministrat. LOQUUNTUR, *loqui*. VANITATES, vel *vanè*, ut Exod. 20: *Non elevet nomen Jehova temerè, seu precipitanter*. Sic omnino fit ubi non viget justitia; imò qui potentes sunt, *conspiciunt laborem*, id est, nihil aliud in corde machinantur quam quo pacto laborem seu dolorem aliis inferant; et quemadmodum cogitant, ita etiam opere complent, quod est PARERE INIQUITATEM, seu *vim aut violentiam*.

VERS. 5. — OVA ASPIDIS. Quod genus sit animantis *tiptiehoth* supra dixi, cap. 11. *Rumpere autem ova aspidum seu excludere* est pestem esse aliis et causam mortis. Designat autem hæc metaphora humanitatis totius eliminationem, quod exuissent natura affectus, et hostes essent humani generis. Hujusmodi sunt qui impiorum hominum studiis favent et auxilio sunt, ut quod animo scelesto designarunt efficiant. Quidam enim in republicâ ingenio ad excoogitandas fraudes pollutè quam vehementi et acri; sed exsequi quod inveniunt non valent. Non desunt in perditâ republicâ qui pessima illorum inventa executioni possunt mandare et velint; posteriores isti *ova aspidum excludunt*. ET TELAS ARANEI. Placet quod de legibus quidam dixit, quod essent araneorum telis simillimæ, quibus muscæ, minuta animalcula, capiuntur, et paulò grandiora, si in eas incidant, dilaniant et perfringunt. Sic ubi non viget justitia omnino fit. Leges justissimæ ac sanctissimæ araneorum tela sunt, nec eis nisi pau-

peres capiuntur. Sed fortè hic aliud agit, et frustrationem eorum laborem et inania studia notat, quod nulli usui apti essent conatus qui boni esse videbantur. Jejunia, sabbata, preces, decimationes, alia denique quæ Judæi magnâ ambitione celebrabant, *araneæ telæ* erant; videbantur enim aliquid operis et dignitatis habere; sed cum fide et charitate carerent, inutilis erat totus eorum labor. Quid si *ova aspidum* appellat perversa dogmata quæ cum præceptis Dei pugnant, quæ erant præcepta vite, et quæ qui faceret, vivebat in illis? Profectò ex Evangelio habemus hujusmodi eorum scelera; ut cum præceptum de parentibus honorandis pervertebant, de juramento, de sabbati violatione, et multa alia quæ enumerare longum esset; unde sequitur: *QUI COMEDERIT EX OVIS EORUM, MORIETUR*. Futura pro presentibus accipe: *Qui comedit, moritur*; totum enim virus in ovis est. In illis quoque interpretationibus legis quis quaestus invexerat, et corrupti mores adinvenerant, erat venenum animum; quicumque enim eorum doctrinæ addicebat, moriebatur. Hoc certè illud erat: *Cave à fermento Phariseorum et Sadduceorum*, id est, ab eorum doctrinâ; sicut discipuli, disserente Domino, statim intellexerunt. Quid CONFOTUM EST. Sensum doctè vertit; ad verb., *et compressum erumpet regulus*, id est, si aliquod ex ovis *compressum* seu *confotum* fuerit, erumpet ex eo *regulus*. Quod animal sit *epheeh* non est notum; videtur autem à *sibilando* nomen dici.

VERS. 6. — TELE EORUM, etc. Præter id quod de *telis* diximus, placet mihi ut pro eas intelligamus non tam leges politicas, aut caeremonias legis, quas sine misericordiâ servabant, sed et constitutiones et ritus quosdam peculiare absque spiritu Dei adinventos, quorum erat satis magna multitudo, quales erant de frequenti purificatione à foro et inter comedendum, et hujusmodi multa quæ apud alios scriptores reperias; quibus quid similis *araneorum telis*? quare hic dicitur, quod ex illis *pannus aut indumenta non conficerentur*, neque stragula; cum enim viderentur speciem quamdam pietatis ac sanctitatis habere, virtute ejus proptis carebant. Oportet autem oportet nos et honestè indutos in iudicio Dei astare, ne si nudi appareamus pudeamus. NEQUE OPERIENTUR OPERIBUS SUI, vel *earum*, videlicet *telarum*.

VERS. 7, 8. — PEDES, etc. Manus, inquit, rapinis plenas; pedes ad homicidia properant; cogitationes sunt ad inferendam vim, etiamsi in lecto quiescant; si quæ autem iter faciunt, omnia devastant ac perturbant. Quibus nihil aliud intelligas quam totam eorum vitam corruptam, mores perversos, neque animi vitii neque corporis carere, sibi atque aliis omnibus, qui eos sequuntur, perditionis causam esse. Hunc locum adducit Paulus ad Rom. 3, ut ostendat Judæos etiam gratiâ Christi indignisse, neque ex lege consecutos justificationem; immisceat autem verba Psalmi verbis prophete; et *quæcumque lex loquitur, iis qui in lege erant loqui dicit, ut omnium os obstruat*, etc. Eodem ergo sensu nobis hæc accipienda sunt. Vide infra

vers. 16, ut probes institutum nostrum in texendâ serio verborum prophete, à fine cap. 56, imò 52. INCURVATE SUNT EIS, vel *pervertentur sibi*; hoc est illud Evangelii: *Abstulerunt clavem scientiæ, ut neque ipsi ingrediantur, etc.* OMNIS QUI CALCAT, etc. In Evangelio habes, *quod si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt*; habes etiam ex hoc loco illa verba Pauli: *Contritio et infelicitas, quæ hic dicuntur fractura et devastatio, activè accipienda esse, quod sint veluti pestis, quoquò irent*.

VERS. 9. — PROPTER HOC. Veritè propheta verba ad Dominum, ut ex sequentibus apparet; et licet superioribus adjungi possit illud, *propter hoc*, possumus etiam dicere usque ad versum duodecimum pendere orationem, *propter hoc*, etc., *quia multiplicatae sunt*, etc. Sed sententia ferè eadem est. *Judicium autem et justitiâ hoc loco ad Deum referas oportet*. Cum enim premerentur ab hostibus, jejuniis se affligebant, ut judicaret Dominus causam ipsorum, et damnatis hostibus eos eriperet. At quoniam ipsi iudicia sine veritate exercebant, et absque justitiâ in jus vocabant; justus Dominus *judicium et justitiâ* suam longè removebat. NON APPREHENDIT. Non nos occupavit, limina nostra ignorat; quinimò: *EXPECTATIVUS LUCEM*. Ut in tantis adversitatibus tenebris lux affulgeret; sed frustra id oculis atque animis intenti expectativimus; adhuc enim in mediis calamitatibus versamur. *Quod iudicium et justitiâ* appellaverat, *lucem ac splendoris* mox nominavit; nam si hostes Deus iudicasset, et justitiâ exercuisset, affulsisset illis lux.

VERS. 10. — PALPAVIMUS. Futura sunt pro presentibus. Est autem proprium cæcorum tentare manu prius quam gressus promoveant. Unde 2 Petr. 1: *Cui non sunt hæc, is cæcus est, et manu viam tentans*. Pendebant itaque animis dubii, nec quæ esset causa cur eis Deus non subveniret intelligebant; de illâ conquirebant inter sese et, ut mox aperit, in re adeò manifestâ cæcæiebant. Si quis legem, quam ipsi profitebantur, legeret vel superficie tenis, simul quoque mores eorum et studia videret; modò eisdem non esset obnoxius, is statim perciperet causas suarum calamitatum; verum ipsamet scelera hanc ipsam ignorantiam invexerant: in singulis enim membris repetendum est: *Propter hoc idcirco palpavimus, etc., quia multiplicatae sunt*, etc. IN CALCIGNOSIS. Vox Hebræa *spurcitiâ* notare videtur, quâ usum quidam vir doctus putavi Dominum, quando inductus in Phariseos, eos *sepulchris dealbatis* comparabat, *quæ foris*, inquit, *apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, vel sicut, καθάρσιος*, id est, *omni spurcitiâ*. Quare hoc loco pro *sepulchris* accipiunt docti ex Hebræis. (Quemadmodum, inquit, « mortui locis illis tetris et abominandis alligati non inde exeunt, ita nos nostris flagitiis et immunditiis delicti, in eis hæremus, volutamur, in ea impingimus, ruimus, labimur, ut nunquam nobis illucescat, sicut neque « mortuis. »

VERS. 11. — RUGIENS, etc. Futura pro presen-



tibus, *fremius, geminus, etc.*; ingentes, quibus premebantur, calamitates notat. *EXPECTAVIMUS JUDICIUM.* Repetit quod dixerat, ut causam annectat; ac si diceret: *Expectavimus iudicium, et elongatum est; quia multiplicata sunt, etc.*, ubi vides salutem vocare quod supra *justitiam* dixerat, id est, damnatis hostibus justificationem seu absolutionem, quod Zacharias ait: *Salutem ex inimicis nostris, etc.*

**VERS. 12.** — *MULTIPLICATAE SUNT ENIM, etc.* Hinc totius mali labe et omnium calamitatum scaturigo, quo adversus proximos perpetrata scelera, coram Deo sunt. Haec iram provocant; hinc non solum non pertertere hostes nostros, sed eos è longinquo adversum nos excitare, non pro nobis sententiam ferre sed eorum causam superiorem facere videmus. Merito non *iudicium, non justitiam, non lucem, non salutem* sentimus; nam ab irato Deo quid aliud expectare debemus? *RESPONDERENT NOBIS, vel in nos;* exigunt enim à Deo vindictam et, ut in superioribus diximus, vim quasi Deo inferant, ut non possit non ultionem sumere. Vide supra in illa verba: *Namquid super his non indignabor?* Usus est autem verbo *respondendi* vel *pro loqui* simpliciter; vel quia *coram Deo assistere peccata* dixisset, ex quorum aspectu Deus ad iram concitatur, hoc verbo *respondendi* significavit. Nam si peccata rogarentur, quidnam adversus suos auctores designandum esset, omnium una vox esset, ut perirent. Huc facit clamor ille *anguinis* et multa hujusmodi, quae non modò rogata respondere, sed peccata coram Deo nos accusare et vindictam implorare testantur. Quò enim ea libentius amplectimur, tantò adversum nos acerbis coram Deo causam agunt. Illud minutius est, quòd in Hebræo est verbum singulari *respondit* cum nomine plur. *peccata*, quasi unumquodque ex eis testimonium adversus eos tulerit. *NOBISCUM SUNT, vel apud nos sunt, vel potius ante nos sunt;* peccata agnoscimus, coram nobis sunt. Quòd si illud *respondere* tanquam echo intelligimus, elegantè translatione frequentiam et divagationem haec omnia notant, quòd coram Deo, et in auribus aliorum, et coram ipsis semper astarent, ut, et si velint ea abscondere aut negare, non possent. Ecce quare dixerat eos quasi *cæcos palpare in meridie.* Cum enim tales essent et tam perditè viverent, adhuc tamen interrogabant: *Quare non aspexisti? quare non nocuisti? Ideo rursus ea commemorat.*

**VERS. 14.** — *CONVERSUM EST RETROBRSUM JUDICIUM, vel retroactum est;* idcirco suo iudicio nobis non subvenit, neque *justitiam* seu salutem nobis impendit, quia nullum locum apud nos habet *justitia, veritas et equitas.* Labor in medio civitatis et injustitia. Non deficit de plateis ejus iniquitas et dolus, etc.

**VERS. 15.** — *IN OBLIVIONEM.* Sensum veritatis; verbum enim notat veritatem in angustum redactam, et veluti domi reclusam; vel evanuisse et de medio sublatam, ut merito in *oblivionem abissi* dixerit. *Vulgatas;* quo factum est, ut necessum fuerit è caelo descendere Filium Dei, æternam veritatem, ut ad terras eam rediret; sicut se advenisse dicebat Pilato, ut

*testimonium præberet veritati, id est, ut eam suo loco reponeret, et quanta esset ejus dignitas et amplitudo hominibus testaretur. PRAEÆ PATUIT.* Ad verbum sic reddendum, *seipsum despoliavit.* Quod significans est; notat enim quàm certum et usurpatum fuisse, omnem qui à malo recederet alius *pradam fuisse.* Haec tenens, christiane lector, statum rerum Judaicarum à fine cap. 46, suo ordine animadvertere potuisti, nempe à tempore Ahaz usque ad Herodem, avaros Phariseos impiosque pontifices. Datà enim operà propheta inundationem iniquitatis in Judæa voluit ostendere et ob oculos ponere, ut quanta in toto orbe essent mala vel ex istis possemus conjicere, omniaque sub peccato conclusa fuisse, in hunc certè finem, ut Dei in nos charitas altis animis ingereatur; et cum eo tempore, et rebus supra quàm credi potuisset perditis, Messiam advenisse narraret, eum ut redimeret à peccati servitute potius quàm ab altera quavis, crederemus. Si enim ab altera quavis servitute redimentem nobis Christum exhibere voluisset propheta, consultius fecisset, si mala quae Judæa ab hostibus patenter exaggerasset; nunc autem totus in hoc est, ut pessimis illos fuisse ostenderet, et mille moribus aspectu, ut invenièntes seipsos peccatores, sicut Paulus ait, non superbirent, sed Dei misericordiam cum gentibus prædicarent. Itaque in superiori oratione eundem scopum habuisse prophetam non dubito quem habuit Apostolus initio epistolæ ad Romanos tribus primis capitibus. Postquam igitur quales fuisset intellexerimus, qualem se exhibuerit Deus noster jam audiamus.

**VERS. 16.** — *ET VIDIT, etc.* Sicut viderat iniquitates, ut puniret, ita tandem vidit, ut misericordiam inpenderet. *MALUM APPARUIT.* Sicut Hebræis *bonum esse in oculis est placere;* sic *malum esse in oculis est displicere;* non enim nisi in bonum fertur voluntas, aiunt philosophi. *QUIA NON EST JUDICIUM, vel quòd non esset iudicium;* penituit itaque Dominum et malè accepit, quòd non esset qui hominum causam ageret, hominem vindicaret, et veluti iudicio absolveret; est namque accipiendum hic *iudicium* sicut supra vers. 9, et 11. *QUIA NON EST VIA.* Repetendum est ex superiori versu consuetudine Scripturæ, et *malum fuit in oculis Domini, quòd non esset vir, nempe qui occurreret, et mox exponit. APORTATUS EST.* Verbo *aporius* ex Græco *ἀπορῆ* usi sunt Latini interpretes hic, et 2 Cor., 4. Est autem idem quod *haere, consilii inops* fo. At Hebraicum hoc in loco est *seipsum tanquam culpabilem damnare,* veluti qui negligentiam suam incusant et sibi maledicunt ob malum rei successum. Humano ergo more de Deo loquens propheta insinuat vicem nostram doluisse Deum, veluti nostri amantissimum, sicut supra: « Et nunc, quid mihi hic, dicit Dominus, quia ablati sunt populus meus gratis, » etc. Sed quare *hasit, aut seipsum afflavit?* sic enim loquitur hebraismus. *QUIA NON EST QUI OCCURRAT; phaga interdum est intercedere, cap. 53.* Dolebat itaque Dominus quòd non esset qui malis nostris obviamerit; aut quòd non esset qui pro nobis intercederet. Ad eò enim mi-

seri eramus, ut in toto orbe non esset vir, ne unus quidem, qui Deum sollicitaret ad subveniendum humanis rebus. Sed qui egit in desperatione rerum nostrarum miseris ille Dominus? num solummodo vidit? numquid non aliud quàm condoluit? minimè gentium. Et SALVAVIT SIBI BRACHIUM SUUM. Ex intelligentia hujus constructionis pendet intellectus illius acclamationis Evangelicæ: *Hosanna filio Davidis.* Notandum igitur verbum *iascha* cum dativo verbo *opitulandi* reddendum esse; imò ea est propria ejus significatio. Constructionem hanc habes Proverb. 21: *Expecta Jehova, et ipse opem feret tibi.* Deut. 22: *Non est opitulator tibi.* Ps. 98: *Opem sibi contulit dextera ejus.* Quae verba hoc in loco legimus, ut *hosanna Filio David* sit, *opitulare, queso, Filio Davidis; opem fer in altissimis,* id est, ingentem atque insolitam. Cùm igitur videret Dominus quòd non esset opitulator, ipse suis viribus totam rem solus voluit conficere. Hoc Hebraei sua hâc phrasi significant, *sibi opem suo brachio tulit.* Et JUSTITIA IPSIUS, id est, sanctitas, bonitas ac misericordia. Haec ipsa Deum confirmavit seu sustinuit ne ab incepto desisteret. Ardum enim opus erat, ut *cum inimici essemus, pro nobis vellet Dei Filius mori.* Pro *justis enim forsitan aliquis audeat mori; sed pro impiis et sceleratis novum et inauditum. Propter misericordiam suam salvos nos fecit.* Ultur autem verbo *samac,* quod propriè est *sustinere ne res labatur aut pereat;* quia cum inducitur propheta veluti virum bellatorem, qui pro nobis adversus hostes depugnaturus descenderat; itaque hostes nostros, peccatum et mortem et eum qui tenebat mortis imperium, potuit debellare, quia per essentiam sanctus ac justus erat. Nisi enim esset verus Deus non adhibuisset remedium; ergo *ipsius justitia ipsum confirmavit seu sustinuit,* ne victus ab hostibus nostris nobis non esset auxilio. Quare nomine sancti eum appellavit David, quando eum in sepulchro non corruptendum voluit significare. Habes ergo ex hoc loco Christi divinitatem simul et humanitatem in verbo *samac,* quod nusquam de re dicitur quae non labi potest et cadere; neque de eo, si homo non esset factus, unquam diceretur. Ille enim omnia sustinet, à nullo autem sustinetur. Equis porò est quem sua sanctitas ne vinceretur sustineret, nisi homo Deus?

**VERS. 17.** — *INDUTUS EST JUSTITIA, vel et induit justitiam, sicut thoracem.* Ad hunc alludens Paulus locum reddidit: *Induti bôssa, id est, thoracem justitiae.* *Indutum* hic induci Dominum *justitiâ et salute, vindictâ et zelo;* et pro *thorace* quidem *justitiâ, pro galeâ salute, pro imis vestibus vindictâ, pro pallio zelo.* Reconditam autem sub *vindictâ et zelo* gestari *justitiam* insinuat, quâ fretus, ut superiori versu dixerat, rem totam confecturus erat. *In capite gestabat salutem;* nam *caput Christi Deus;* in oculis hominum *selum* exhibebat; totus enim in peccatum et hostem humani generis ferebatur; aliquantulum occulior erat *vindicta;* non enim quantum esset perditurus, nisi signis quibusdam ostendebat; erat itaque intimè justus, ut me justificare, et nemo eum dejicere pos-

set. *Salutem* in capite gestabat; quis nihil antiquius hominum salute ducerebat; *vestimenta erant vindicta ezelus;* quia totâ vitâ et in omnibus actionibus relocabat zelus gloriae Patris. *Non enim quarebat gloriam suam,* sed honorificabat Patrem; et huc omnia dirigebat, ut nos, in hostes vindictam exercens, assereret. Nominè enim *indumentis vestium et pallii* significant Scripturæ quod in homine multum est atque exuberat. *Vestimentum salutis et gloriae induere* est totum salvum et gloriosum reddere. *Induere Christum* totum Christum in omni nostrâ actione exprimere. *Pallium laudis* est valde laudare; et totos dies laudes celebrare; ut intelligas totam Domini Jesu vitam, zelum et vindictam spirasse; ex nostri amorè et gloriae Patris zelo, hostem imperio deturbasse, peccatum abegisse, mortem dellesse, ut ubique et in omnibus obtineret fides, veritas, claritas, pax, justitia, gaudium et cætera quae sunt regni Dei. Praefessant ergo hinc Judæi; nam nos non aliter volumus sacras literas intelligere quàm juxta rectam fidem, et alios Scripturæ locos, et scripta Apostolorum ac sanctorum Patrum qui Spiritu Dei proditi fuerunt.

**VERS. 18.** — *SICUT AD VINDICTAM, QUASI AD RETRIBUTIONEM, etc.* Variæ sunt hic versiones atque interpretationes, quas apud alios videre licebit; ego eam quae simplicissima videtur apponam, verbum verbo reddens. Sic igitur verti potest locus: *Justa retributiones, id est, juxta ea quae ab hostibus acceperunt homines, sic retribuet;* sicut in Psalmo: *Beatus, qui retribuet tibi retributionem quam tribuisti nobis.* Ubi eisdem verbis et nominibus utitur. Est autem non semper *retribuere* aliud pro alio, sed simpliciter tribuere. Significat ergo; quòd juxta ea quae ab hostibus nobis illata sunt, sic cum eis sit acturus Dominus, illisque vicem redditurus. Spoliaverunt nos, spoliabuntur; occiderant, occidentur; captivos duxerant, captivi erunt; servire fecerant et servitute durâ presserant, illam ipsam experientur. Illos autem vocat *hostes suos,* qui erant hostes hominis. Quid retribuere? *ANDREM HOSTIUM SUI.* Furorè, et ea quae furor solet ministrare, damna, mortem. *RETRIBUTIONEM INIMICIS SUI.* Quis enim ignorat quòd mortem occiderit, peccatum eneraverit, diabolum hostem antiquum delumbaverit? Sed quid est *INCLUS VICEM REDDET?* Hæc verba coelegantur interpretes ut de hostibus populi Dei superiori intelligerent. Sed non video cur dura videatur expositio, si cùm de perditione hostium Dei loqueretur propheta, et quòd illis esset vicem redditurus, quandoquidem hæc *vindicta* in utilitatem hominum cederet, neque aliud esset diabolum mundo pellere quàm gentes quae idolis serviebant ab eorum cultu desistere, et peccatum perdere nihil aliud esset quàm gentes justitiâ et sanctitate imbueri; cur dura, inquam, videatur expositio, si dixerimus *insularum,* id est, gentium remotissimarum, meminisse, quòd essent istis hostibus subjectæ et eorum partes forent; ut *insulis retribuere* sit deos populorum perdere, eos disciplinâ salutari coercere, alios eis morere, aliam vitæ rationem contrariam ei quam haec tenens secuti sunt



imperare. Planè *gentibus vicem rependis*, quia ad unius Dei cultum eos adegit, ut ei tantum deservirent in quem semper fuerant blasphemii. Putarem igitur in verbis *retribuere et retributio* quodammodo prophetam ludere, ut primo de retributione mali pro malo intellexerit, deinde de retributione boni pro malo, eò quòd retributio illa mali in hostes tam Dei quam hominum, non esset sine retributione bonorum pro ingentibus peccatis; quod jam exponit, sequiturque aptissimè.

VERS. 19. — ET TIMEBUNT QUI AB OCCIDENTE, ETC., vel à deserto, quod quia situm erat ad occasum Palestinae pro occasu accipi solet; vel *maarab ea caeli regio* dicitur *quae ad vesperam* spectat, ubi dies cum nocte misceatur. CUM VENERIT QUASI FLUVIUS VIOLENTUS, ETC. Non dubium quia Hebraea hanc patiuntur interpretationem. Nam *tsar* potest accipi adjectivè, q. d., *hostilis, ex adverso veniens, et ad opprimendum currens seu violentus*, ut Vulgatus dixit, satis accommodè. At pro *figere cum eo* dixit Vulgatus *cogit*; nam hoc experimento didicimus, si cum fluvius praecipit decurrit, ventus quoque ab eodem parte emissus quasi cum aquis ipsis fugiat, multò vehementior est aquarum impetus quam si ex opposito flaret, aut nullus esset. Adventum itaque Domini, iuxta hanc interpretationem, rapidissimo flumine comparat, cujus impetus vento adjuncto obvia quoque prosternit, ut nihil sit quod ejus impetum possit sustinere, aut cursum impedire, aut adverso fluxu navigare. Quae omnia, si impetum Evangelii Christi consideres, quod totum orbem brevissimo tempore praetervolvat, quod regna subvertit et omnem altitudinem extollentem se dejicit, et universum orbem ad obediendum filiet coegit, verissima esse cognoscas; favor enim et vis Spiritus Domini praedicationem Evangelii comitabatur. « Praedicebant » namque Apostoli « ubique, Domino cooperante, sequentibus signis; et virtute multà reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini. » Lege epistolae Pauli et Acta Apostolorum, videbisque impetum fluminis et Spiritus Sancti, cui neque adversariae potestates poterunt resistere. Inquit itaque propheta, quòd tunc extremi orbis insulae nomen Domini timebant, quando hic impetus fluminis advenisset. Hic certè est qui *lætificat civitatem Dei*, et majestatem Domini colere fecit in toto orbe. Quòd si hi rationem reddat, ut solet, significat occidentales populos idcirco praedicationi Evangelii obedisse, quia vim Spiritus sentiebant. Haec enim est quae mentes excitat, concitat, compellit, fidem et obedientiam extorquet, non frigidae orationes ex algente pectore, quales hodie, proh dolor! habemus in Ecclesia. In omnibus autem locis novi Testamenti, in quibus aut de vi Evangelii, aut imperio fidei, aut de cursu Evangelii, aut de virtute Apostolorum, cui non erat qui resisteret, fit sermo, putato ad hunc prophetae locum fieri allusionem. Si autem haec interpretatio placeat, sic ad verbum reddere poteris locum, *timebunt, etc., quando venerit, tanquam fluvius arctatus, Spiritus Domini fugit cum eo*, id est, quocum ventus ingens simul labitur et

praecipit currit. Alteram nihilominus interpretationem apposui, quòd non inepta sit. *Tsar* enim pro *hoste* accipi potest, et verbum *nosces pro elevari*. Sensus ergo erit: Quando hostis ut fluvius venerit, ut videlicet impediatur ultionem illam Domini, et ne gentes Deum timeant, Spiritus Domini elevabitur in eum, ut vim ejus impediatur. Sed angustice est prior interpretatio, posterior autem satis apta est, et sequentibus non minus convenit.

VERS. 20. — ET VENIT IN SION, ETC. Hic certè decipi possunt Judaei, putantes Deum, expugnatis gentibus gladio, et magnis affectis cladibus, in Sione visibili per Messiam regnaturum, collocatis in eis sedibus Judaeis undique collectis, et ex vi hostium ereptis; sed si oculos haberent, intelligerent vel ex hoc loco Evangelii veritatem. Quorsum enim pugnaturus contra gentes *galeam salutis et thoracem justitiae* acciperet? Rursus, quare in superioribus non oppressiones Judaeorum, aut tyrannidem quae gentes exerceret in eis commemoravit; sed totus in hoc fuit, ut scelera et iniquitates Israelitarum exponeret? Deinde quas hic adversus gentes victorias, quas strages vides referri? *timebunt nomen Domini et gloriam ejus*? Hoc passim pro magno munere ipsis etiam Israelitis promittitur. Quare nobiscum agnoscat iram istam et zelum Domini esse adversus hostes humani generis, *justitiam autem et salutem nobis omnibus* à Domino oblatam hanc denique esse *Sionis redemptionem et salutationem*, multarum videlicet gentium ad agnitionem veri Dei conversionem. Quamobrem aptissimè sequitur: *Veniet Sionis redemptor, etc.*, cui facit quod sequitur: ET IS QUI REDEUNT AB INIQUITATE IN JACOB, ID EST, JACOBITIS QUI AB INIQUITATE CONVERTUNTUR, *Veniet redemptor*, ut intelligant redemptorem nihil commodi allaturum Messiam nisi illis qui peccata deserunt; neque aliam captivitatem tollendam per Christum quam peccati. Quod quia illi nequaquam credere volunt, miserè pereant et *in peccatis suis moriantur*, ut dicit Dominus. Sed ipsos quoque hic locus redarguit, praesertim si abrasis punctis sic veritas: *Veniet, inquit, Sionis redemptor, et Jacobitis captivus peccati*. Nam notum est *schebi*, si à verbo *schabab* accipias, notare *captivitatem*; de quo jam in fine primi capituli non nihil diximus, ubi est alter huic locus similis: *Sion in judicio redimetur, et captivitas ejus in justitià, vers. 26*. Non enim video quò pacto *redentes transgressionis* dicantur, ut Hebraea habent, qui ab iniquitate redeunt. Quare puto hoc loco, et illo primi capituli nobis à Judaeis impositum fuisse, ne cogere nos lateri redemptionem Sionis esse spiritalem. In hunc certè usum erat *super caput redemptoris salutis*; nihil enim antiquius ducebat salute nostra; in pectore *justitiam* sibi et nobis afferrebat, et praemia nostra contra peccatum ipse praelabatur, justus et justitiam. Miseri sunt, qui hanc redemptionem contemnunt; et propter hoc additum puto: *Fidelis sermo Jehova*, quòd omni acceptione sit dignissimus, et fide et amore, ingentique religione suscipiendus.

VERS. 22. — HOC FOEDUS MEUM. Heb. et ego, hoc fo-

*du meum*: quod vel est jurantis, vel est quasi dicat, *ego sum, qui isthaec loquor; ego ille sion redemptor, qui ab iniquitate redimo*; vel, et hoc est *foedus meum, quod ego cum eis ferio*, id est, istae sunt promissiones foederis, nempe ut non auferat Spiritum suum et mentem suam à Sione, id est, ab Ecclesia; non quae initio fuit tantum, sed quae in futurum erit, neque ab ore ipsius, à pastoribus videlicet et rectoribus ejus qui tunc erant, et successoribus ipsorum in sempiternum. Hoc summo opere necessarium erat, alioqui parum profuisset redemptio. Oportuit itaque unam esse Ecclesiam, in qua perpetuò Spiritus Domini resideret, quae decipi in rebus ad salutem necessariis nequaquam posset. Et licet ipsi ministri male vivant, simul tamen juncti, et quatenus Ecclesiam unam constituunt, sensu Domini non destituuntur. Hoc est Dei foedus, haec promissiones quas Lutherani infringere non poterunt. Nam Ecclesia Romana est quae à tempore Apostolorum perpetuò pontificem serie Spiritum hunc Domini habuit, licet aliqui ex eis peritè viverent; in qua etiam soemper idem tui sensus, eadem fides; eadem semper fuerunt Dei verba. Hoc est ipsum foedus; quod si quis negat, foedus Dei abnegat et infringit, et venisse Deum negat. Et enim si venisset et abisset, et sic rem non disposuisset, advenisset ejus parum admodum nobis utilitatis attulisset, dum quisque sensum suum

## CAPUT LX.

1. Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.
2. Quia ecce tenebrae operient terram, et caligo populos; super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur.
3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.
4. Leva in circuitu oculos tuos, et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; filii tui de longè venient, et filiae tuae de latere surgent.
5. Tunc videbis, et afflues; et mirabitur, et dilatabitur cor tuum; quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.
6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Ephra; omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes.
7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi; offerentur super placabilem altari meo, et domum majestatis meae glorificabo.
8. Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas?
9. Me enim insulae expectant, et naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum et aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, et Sancto Israel, quia glorificavit te.
10. Et edificabunt filii peregrinorum muros tuos, et reges eorum ministrabunt tibi; in indignatione enim mea percussi te; et in reconciliatione mea misertus sum tui.

pro sensu Christi afferret, et tot essent sententiae quot capita, ut nunc in quibusdam provinciis, magno cum animi dolore, magno etiam totius reipublicae christianae malo, experimur. Ad Sion autem referenda sunt verba haec et promissiones istae, de qua praecedenti versu. Quòd si ad *Redemptorem* referre velis, idem sensus est; *semen enim Christi* sunt Apostoli ipsius, et *semen seminis* ejus sunt successores eorum in Ecclesia catholica et apostolica. Et ob hanc promissionem sancti Patres adversus hereticos decertantes perpetuam in Ecclesia Romanà seriem pontificum narrat, qui semper eundem sensum habuere; quod in Ecclesiis suis haereticis ostendere non valent; siquidem negare non possunt aliud se, aliud patres suos credidisse; neque pontifices, qui ante quinquaginta annos Ecclesiam Germaniam gubernarunt, spiritum illum habuerunt quem nunc plures ipsorum habent, quòd multo alia sentiant nunc ab illis. At patres istorum fidem eandem tenebant quam Apostoli et successores eorum tenebant, ut ex serie pontificum et fidei et conciliorum patet. Ergo non sunt Ecclesia Christi, quae eundem Spiritum et eadem verba semper habuit. Ita pugnantibus cum haereticis Patres; ita et nobis nunc agendum est, ut id credamus quod semper, quod ubique, quod omnes; et à novitatibus in fide caveamus, ut foederis Christi particeps simus.

## CHAPITRE LX.

1. Levez-vous, Jérusalem, recevez la lumière, parce que votre lumière est venue; et que la gloire du Seigneur s'est levée sur vous;
2. Car voici que les ténèbres couvriront la terre, et une nuit sombre enveloppera les peuples; mais le Seigneur se lèvera sur vous, et sa gloire éclatera en vous.
3. Les nations marcheront à la lueur de votre lumière, et les rois à la splendeur qui se lèvera sur vous.
4. Levez vos yeux, et regardez autour de vous; tous ceux que vous voyez assemblés ici viennent à vous; vos fils viendront de bien loin, et vos filles s'éleveront à côté de vous.
5. Alors vous verrez, vous serez dans l'abondance; votre cœur s'étonnera et se répandra hors de lui-même, lorsque vous serez comblés de richesses de la mer; que tout ce qu'il y a de grand dans les nations viendra se donner à vous.
6. Vous serez inondés par une foule de chameaux, par des dromadaires de Madian et d'Epha; tous viendront de Saba vous apporter l'or et l'encens, et publier les louanges du Seigneur.
7. Tous les troupeaux de Cedar se rassembleront pour vous; les bœufs de Nabaioth seront employés pour votre service; on me les offrira sur mon autel comme des hosties agréables, et je remplirai de gloire la maison de ma majesté.
8. Qui sont ceux-ci qui sont emportés en l'air comme des nuées, et qui volent comme des colombes vers leur colombier?
9. Car les îles m'attendent; et il y a déjà longtemps que les vaisseaux sont prêts sur la mer, pour faire venir vos enfants de loin, pour apporter avec eux leur argent et leur or, et le consacrer au nom du Seigneur votre Dieu, et du Saint d'Israël qui vous a glorifiés.
10. Les enfants des étrangers bâtiront vos murailles, et leurs rois vous rendront service, parce que je vous ai frappés dans mon indignation, et que je vous ai fait miscrordie en me reconciliant avec vous.